

1349

P O L E M I C I.

1350

nutiis differat, quod Librariis tri-  
buendum.

DXCIX.

U.656 Codex membraneus lat. Sec.  
XIV. et XV. Folior. 97. 8. com-  
mode scriptus, rubro distinctus, et  
quondam, ut p. 56. notatur, *Mo-  
nasterij S. Dorothee in wienna*,  
unde ad *Job. Fabrum Ep.* deve-  
nit, ita orditur: *Incipit Epistola  
Rabi Samuelis missa Rabi ysaac  
ut supra (infra)*. Egi de noto hoc  
Opusculo, ejusque Interprete *Al-  
fonso Boni Hominis O. P.* jam  
*Vol. I. P. 2. col. 2350*. In Exem-  
plo praefente habetur Prooemium  
*Alfonsi ad Hugonem Magistrum  
Gen. sui Ordinis datum Parisius*,  
sed absque omni nota temporis.  
In Praefatiuncula subsequa *Magi-  
ster Samuel israelita dicitur orun-  
dus de sercz regni marrochitani et  
Rabi ysaac magister synagoge que  
est sub inlicza in regno predicto.*

Qui caret numis

Dem bylft nicht das er frum  
is.

Tò *flecht* positum pro *gerad, re-  
tus*. Accedunt tardius scripta:  
Benedictio Vini S. Johannis E-  
vang. et Ritus adtondendi capil-  
lum. Ad *Bobemiam, Moraviam,  
Poloniam aut Silesiam* Rituale istud  
quondam pertinuisse, suadent *fol.  
46*. in Litaniis invocati *Adalber-  
tus, Stanislaus, Wenceslaus, Vi-  
tus, Gallus, Margaretha, Lud-  
milla, Hedwigis, et Maternus*,  
quem ad diem 14. Sept. in Ar-

Sed nempe corrupta haec. Ad  
calcem adjecit Interpres: *Et ego  
frater alfonsus boni hominis byspa-  
nus amore vestri hoc addidi ad  
translacionem illam quam feci nu-  
per magistro ordinis nostri de epi-  
stola Rabi samuelis.*

II. fol. 27. manu Sec. XV. fe-  
quitur *ἀνεπιγχαφως Rituale*, quod  
a Baptismi ceremoniis exorsum  
Exorcismum Salis et Aquae, In-  
troductionem Mulieris post par-  
tum in Ecclesiam, Unctionem In-  
firmorum, Collectas ad Feretrum,  
Benedictionem Cerei in die Puri-  
ficationis, item Cinerum, Officium  
in die Palmarum, Feria VI. et  
Sabbato ante Pascha, Benedictio-  
nes variorum Cibariorum in Pa-  
schate, et Herbarum in Assumptio-  
ne B. V. M. item Euntium ad li-  
mina Sanctorum, Ordinem in die  
Animarum et tandem Benedictio-  
nem Avenae complectitur, cui  
subscriptum:

Sed qui dat summis

Der macht flecht das do krumm  
is.

chidioec. *Pragensi* memoriam ha-  
bere ex ejus *Proprio SS.* video.  
Quae vero fit *Sancta Kasaria*, non-  
dum didici.

DC.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 50  
Folior. 253. f. per duas colum-  
nas exaratus, rubricis distinctus et  
olim Librariae Collegii Ducalis  
datus testamento, ut p. 1. subno-  
tatur,

P 3